pania miſericorditer perpetuo conceſſit, &
indulſit,vt inhis remotiſſimis partibus deuo
tio ad Beatam Virginem Mariam,& ad prę-
fatum Ordinem haberetur,ꝙ Priores & Vi-
carij ordinis Prædicatorum poſſint benedi
cere Candelas,& qui eas accenſas,ſeu earum
aliquam in mortis articulo tenuerint,& cor
de[ſi voce non potuerint]ſe eidem glorioſę
Matri deuotè & piè commendauerint,ſi eos
mori contigerit pariter plenariam omnium
peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſ-
ſionem conſequantur: prout & quemadmo
dum aliàs per fælicis recordationis Adrianũ
6. Conuentui Sancti Dominici de Victoria
in Hiſpaniarũ partibus conceſſum fuit. Ha-
betur originale in Conuentu Sancti Domi
nici de Mexico. ¶ Circa hãc conceſſionem
aduertit Pater Magiſter à Veracruce, quod
ratione communicationis priuilegiorum eo
modo quo in Nouo Orbe,tam Priores,quàm
Vicarij Ordinis Prędicatorum poſſunt bene
dicere huiuſmodi Candelas ad conſequẽdam
hanc Indulgentiam, poſſunt etiam & ſimi-
liter Guardiani apud Minores, & Priores
apud Aguſtinienſes.

8 ¶ Idem Magiſter propria manu infine